Consensus ad cedendum de Villis Podlubie, Gnosis Georgio à Tęczyn Ossolinski, Dapifero Curiæ, et Isabella à Zurow coniugibus, in personas Illium Joachimi Nicolai Styjlarski, et Heduigis Łazniowska, &c.

Sigismundus III. &c. Significamus &c. Quod cum Generosi Georgius à Tęczyn Osolinski, Dapifer Curiæ Regni nostri, Adzelensis Capitaneus, necnon Gnosa Isabella de Zurow coniuges, in animum induxissent, de omni et integro iure suo aduitalicio, quod ipsis super villam Podlubie in Palatinatu Belzensi sita, Tenutæ Drohomislien, non multis abhinc annis, nouiter locatam, postmodum à Tartaris funditus deuastatâ, quam ager certus, vulgo Kuzmina mierc nuncupat, vel via Kuzmina dicta distinguitat, à bonis et fundis Badawia villa eiusque Tenutæ immediatè sunt contiguâ, seruit, et competit, cedere, illudque in personas Nobilium Joachimi Nicolai Styjlarski et Heduigis de Staniatyn Łazniowska, coniugum transferre et transfundere. Supplicassentque nobis memorati Gnosi Osolinscij coniuges, vt ad eam cessionem consensum nostrum Regium præberemus. Nos tum ipsis Gnosi Dapiferi, ac multorum præterea Consiliariorum nostrorum supplicationibus benignè annuentes, tum prædicti Nobilis Styjlarski merita recompensando, qui et in negotijs Thesauri Regni nostri summa dexteritate et integerrima fide, multos annos consumpsit, et in Moschouiticis, Prutenicisque Expeditionibus, multoties, egregia fortitudinis exempla edidit, testatusque est, seruitia nostra sibi vita ipsa potiora fuisse; horum et aliorum meritorum causa, libenter in prædictorum bonorum cessionem, consensum nostrum præbendum esse duximus, prout præsentibus literis nostris præbemus. Quæ quidem Cessio, iurisque transfusio, posteaquam coram Actis quibuscunque Regni modo autenticis

Consensus ad cedendum de Villis Podlubie, Gnosis Georgio à Teczyn Ossolinski, Dapifero Curiae, et Isabella à Zurow coniugibus, in personas Nobilium Ioachimi Nicolai Styllarski, et Hedwigis Laznowska, etc.

Sigismundus III. etc. Significamus etc. Quod cum Generosi Georgius à Teczyn Osolinski, Dapifer Curiae Regni nostri, Adzelcensis Capitaneus, necnon Generosa Isabella de Zurow coniuges, in animum induxissent, de omni et integro iure suo aduitalicio, quod ipsis super villam Podlubie in Palatinatu Belzensi sitam, Tenutae Drohomisliensis, non multis abhinc annis noviter locatam, posmodum à Tartaris funditus devastatam, quam ager certus, vulgo Kuzmina smierc nuncupatus, vel via Kuzmina dicta distinguit, à bonis et fundis Badawia villa eiusdem Tenutae, immediatè sibi contigua, seruit, et competit, cedere, illudque in personas Nobilium Joachimi Nicolai Styllarski et Hedwigis de Staniatyn Laznowska, coniugum transferre et transfundere. Supplicassentque nobis memorati Generosi Osolinscij coniuges, ut ad eam cessionem consensum nostrum Regium praeberemus. Nos tum ipsius Generosi Dapiferi, ac multorum praeterea Consiliariorum nostrorum supplicationibus benignè annuentes, tum praedicti Nobilis Styllarski merita recompensando, qui et in negotijs Thesauri Regni nostri, summa dexteritate et integerrima fide, multos annos consumpsit, et in Moschouiticis, Prutenicisque Expeditionibus, multoties, egregia fortitudinis exempla edidit, testatusque est seruitia nostra sibi vita ipsa potiora fuisse; horum et aliorum meritorum causa, libenter in praedictorum bonorum cessionem, consensum nostrum praebendum esse duximus, prout praesentibus literis nostris praebemus. Quae quidem Cessio, iurisque transfusio, posteaquam coram Actis quibusuis Regni modo autenticis

facta et recognita fuerit, nos eam ratam et gratam, habituri
sumus, uti quoque praecedente Sac[ra] nr[ae] consensu peragetur. eiusque
vigore ac praesentis Consensus nri praefati coniuges Szylarscij eam
et in solidum praefatam villam Podtubie, cum subditis locatis,
et locandis, censibus, fundis, campis appiarijs, sylvis, stagnis, flu
vijs, piscinis, molendinis, tabernis, extructis et extruendis, cum et cer
tis pratis, in sylva Drohomiskiey iacentibus, Maximowo, Holo
wa Salomyka, et Krupczyna nuncupat, una cum arboribus ibi sittis,
libera incisione lignorum, et usufructu Zeroney dicto, ac molitione a
bsque mensurae solutione, in molendinis, liberisque pascuis in fundis Tenutae
Gnosorum coniugum Ossolinskich, quae omnia praedicti Tenutarij
nri in praesentia Commissarij nri ad id deputandi, praenominat coniu
gibus Szylarskim, a reliquis fundis nris dislimitabunt, et specificabunt.
separato eiusque Commissionis nrae instrumento, Quae bona praemissa di
cti coniuges possidebunt, ijsque fruentur, ad extrema vitae suae seu al
terius eorum tempora. Promittimusque pro nobis et Ser[enissi]mis successoribus
nris non esse nos m[emor]atos coniuges Szylarskich, ab usu et possone dictae
villae Podtubie eiusque supradictarum attinen[tiarum] quoad vixerint, vel uno
defuncto eius superstitem amoturos, aut alienaturos, amoverique, aut ali
enari, cuipiam potestatem daturos, idemque et Ser[enissi]mi Successores nri
praestabunt. Ratione cuius advitalitatis, quartam partem proven
ex ijsce bonis, iux praescriptum legum postquam lustrata fuerit, Ra
vam quotannis inferre tenebunt. Iuribus nris Regalibus Reip Eccl[es]iaeque
Cath[olica]e salvis ibidem manen[tibus]. In cuius rei fidem etc. Datum Varsaviae
die XVIII Mensis Februarij anno qui supra

Sigismundus Rex.

Petrus Zeronski

facta et recognita fuerit, nos eam ratam et gratam habitur"
sumus, utique praecedente hoc n[ost]ro consensu peragetur. eiusq[ue]
vigore ac p[rae]ntis Consensus n[ost]ri praefati coniuges Seijlarscij am"
bo in solidum praefatam villam Podlubie, cum subditis locatis,
et locandis, censibus, fundis, campis appiarijs, sylvis, stagnis, flu"
vijs, piscinis, molendinis, tabernis, extructis et extruendis, tum et cer"
tis pratis, in sylva Drosomishen, iacentibus, Maximowo, Holo"
wesalowyda, et Krupczyna nuncupat, una cum arboribus ibi sitis,
liberaq[ue] incisione lignorum, et usufructu Zerowego dicto, ac molitione a"
bsq[ue] mensurae solutione, in molendinis, liberisq[ue] pascuis in fundis Tenutar
Gnosorum coniugum Osolinskich, quae omnia praedicti Tenutarij"
n[ost]ri in p[rae]ntia Commissarij n[ost]ri ad id deputandi, praenominat[is] coniu"
gibus Seijlarskim, a reliquis fundis n[ost]ris dislimitabunt, et specificabunt.
separato eiusq[ue] Commissionis n[ost]rae instrumento; Quae bona praemissa, di"
cti coniuges possidebunt, ijsq[ue] fruentur, ad extrema vitae suae seu al"
terius eorum tempora. Promittimusq[ue] pro nobis et Ser[enissi]mis successoribus
n[ost]ris non esse nos muros coniuges Seijlarskich, ab usu et possessione dictae
villae Podlubie eiusq[ue] supradictarum attinen[tiarum] quoad vixerint, vel uno
defuncto eius superstitem amoturos, aut alienaturos, amoverq[ue] aut ali"
enare, cuipiam potestatem daturos; idemq[ue] et Ser[enissi]mi Successores n[ost]ri
praestabunt. Ratione cuius advitalitatis, quartam partem proven[tuum]
ex ijsce bonis, iux[ta] praescriptum legum, postquam lustrata fuerit, Ra"
uam quotannis inferre tenebuntur. Iuribus n[ost]ris Regalibus Reip[ublicae] Eccl[esi]aeq[ue]
Catholicae salvis ibid[em] manen[tibus]. In cuius rei fid[em] etc. Datum Varsaviae
die XVIII Mens[is] Februarij anno qui sup[ra]

Sigismundus Rex.

Petrus Zerowski.